

Georgio Monacho Ep̄po Uara  
diensi Thesaurario.

153

Unde in chr̄o Pater. Quod scribit  
D. Ura falsam apud nos in suspicionem adductam  
esse, quasi non ea sit, quae uellemus fide erga Serma  
Filiam nram. Et quidem ita, et rumore ad nos  
perlatum fuisse, et priuatis quorundam literis nos  
accepisse, quod alieniore fuerit animo D. Ura a  
Serenissima Filia nra, neque satis rationibus illius  
fauerit. Sed quid ipsa ad nos Serma Filia nra  
nihil ea de re scripserit, nunquam his rumoribus fide  
habuimus. Nam cum ueniret nobis in mentem,  
quam in se gratiam et favorem fuerit experta  
D. Ura Serenissimi olim Domini Joannis Regis  
Domini sui filii nri hauriui, quae ab illo benefi-  
cia acceperit, quam constanti etiam erga illum fide  
fuerit usque ad extrema uitae illius tempora adduci  
non potuimus, ut crederemus D. Uram sui factum  
clissimilem et tantorum Domini sui beneficiorum  
oblitam esse. Simul et illud nobis succurrebat, quae  
est prudentia D. U. facile illam perspicere, cum  
uicam ille sui imaginem reliquerit Infantem, et  
Serma filia nra filium suum, quod non satis offi-  
cio suo functa uideri possit, si suam illi ad mortem  
usque fidem probasset, nisi eadem erga infantem  
ejus

Eius filium uteretur. Quare hoc sibi de nobis  
certo persuadeat, nunquam istis alit privatorum quo  
rundam delationibus nunquam nos credere voluisse,  
quin etiamnum in ea opinione esse, qua fuit con  
stantia P. U. erga Serenissimum Parentem, eadem  
erga infantem quoque filium et esse, et futura  
semper, a Serenissima quidem Coniugis illius, filie  
nre haerissime defuturam. Cujus nostrae de se  
ferme opinionis, vel hoc est argumentum certissi  
mum, quod ante etiam quam suas ad nos lras  
dedisset P. U. misimus ad Patrem Vram et Se  
renissimam Filie nostrae rationes, illi commen  
davimus, quod certe nunquam fecissemus, si  
quid secus de illa suspicari in animum induxisse  
mus. Quamobrem hanc ex animo suo opi  
nionem eiciat, et hoc agat, potius, quod per nuntium  
ab illa nostrum postulavimus, ut afflictis Serenissima  
Filie nre rationibus succurrat, omnique ratione, ut  
extra periculum esse, et ad destinata sibi loca tu  
to pervenire possit, provideat. Id si fecerit Patris  
Vra, quemadmodum facturam illam pro fide  
constantiaque sua non dubitamus. Magnam  
apud nos gratiam inierit, gratumque illi et memo  
rem animum per omnem occasionem prestare  
semper conabimur. Datt. Cracoviae 3 De  
cembris Anno Domini 1542.